




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Vedastus Episc. Fuga superstitionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. VEDASTUS EPISC.

Fuga superstitionum.

Sancti VEDASTI meritis & precibus, Domine, fideles tuos ab omni superstitionum libera vanitate; ut incontaminata apud nos religio jugiter conservetur & crescat.

Ora pro superstitionum abolitione.



Henri. Cause. sculpsit.

Christianan
n Capp
ridente
ra. Tu
er soda
erverte
erat fo
s reduc
nt, ut g
, Chr
torta
nterpe
de Spo
fructu
nuit se
cit. Cu
os riden
o porta
at, spon
simul c
ro fitet
Rem
iam ver

na sur
Col. 3.

VEDASTVS, genere Aquitanus, prædicationi Euangelicæ Tulli vacabat; cum illac anno 494 transiens Chlodovæus Rex cæcum ab eo vidit illuminari; & Remo duxit, quo ibat à S. Remigio baptizandus. Idem ipsum circa an. 500 Episcopum Atrebatensem & Cameracensem ordinari voluit. Qui filio etiam Clothario æque deo carus, cum ad ejus mensam invitatus, vidisset pocula, Gentilibus una accubituris gentilium ritu præparata, omnia signo Crucis impresso fregit, itaque multos illorum convertit. Eum Atrebatum in sua Cathedra quam annis 40 tenuerat, sepultum, S. Audbertus ad novam à se fundari cœptam ecclesiam translaturus an. 667, illuc invitatus S. Audomarum, licet cæcum. Et huic quidem visus tunc est redditus, sed ipse visum amittere denuo maluit. Eodem loci monasterium absolvit S. Vindicianus, quod nunc quoque S. Vedastidicitur, ejusque miracula illustratur, maxime post alteram anni translationem. Vitam antiquitus scripta cultiori stylo reddidit B. Alcuinus: alii miracula descripsere.

Videte, ne quis vos seducat per inanem scientiam, & non secundum Christum. Col. 2.